



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

12 Astutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est, aperiet
stultitiam. Prov. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

REFLEXIO.

Verum est, quod dum difficultates
oriuntur, gloriosum sit, eas cum
audacia superare, sed è contra maxima
infelicitas est, perire ex temeritate.

Homo sapiens in talibus occasioni-
bus plures vias scire debet, ad minimum
recordari, quod plura sint tempora. Ali-
quis enim hodie submergitur in quodam
rivo, quem cras sicco pede transire pos-
sumus; Et est magnæ prudentiæ, ut ali-
quis feliciter ac diligenter negotia tra-
ctet, scire sistere, & se retinere recto
tempore.

REGULA DUODECIMA.

*Astutus omnia agit cum consilio: qui
autem fatuus est, aperiet stulti-
tiam. PROV. 13.*

PARAPHRASIS.

*Lex principalis quam prudentia natura-
lis & supernaturalis seu divina nobis
imponit, est, conferre tam sepe quam
possumus cum amicis illuminatis, &
juvari ab ijs per remonstraciones, ex
quibus dignoscamus id, quod in no-*

D 5

stris

stris negotijs & actionibus apparen-
debet. Dum enim passiones nostros o-
culos figunt ad videndum nostrum
nem quem pretendimus, non vident
id quod nos insequitur & quod nos
cumdat. Nostri fideles & delicatissimi
amici nobis è contra illud ostendunt
& in hoc consistit extrema necessitas
illorum presentia, & importantius
focium illorum amicitia.

REFLEXIO.

Quando stultitia ingressa est cum
superbia in caput alicujus eruditio-
ris hominis, evidens signum illam ibi
dem inhabitare, & certum præfagium in-
felicitatis talis hominis est, quod non
quirat ullum consilium, nec suffert
quod aliquis ipsi aliquod consilium sub-
ministret.

Prudens econtra nihil aggreditur
si prius sumpto consilio amicorum,
interrogatis de super personis discretis
& judiciosi. Imò pro regula habet
talibus occasionibus, ubi deliberandum
est, si desint alii consiliarii, quod deli-
beret cum ignorantiore, potius stultum
desupe

desuper audiat, quàm se solum, casu quo ratione secreti aliud periculum exinde non foret timendum.

Sit enim quisque; qui ipsi loquatur, profiteri tamen potest ex eo quod sibi dicitur. Error est non velle interrogare alios homines, quam magni iudicii & magnæ reputationis. Homo sapiens etiam audit, quid minores ex populo dicant, & iudicat non esse tempus perdere, dum audit illorum discursus supra difficultates alicujus negotii. Nam vi miraculosi secreti ipsius naturæ scit ex qualibet propositione extrahere aliquam scintillam, vel parvum aliquem radium, & ex istis simul junctis oriatur tantum luminis, quantum necesse habet in præmeditato negotio se benè regendi.

Nemo delirat audiendo aliorum consilia, sed benè ea semper sequendo: Illa sequi sine ulla consideratione, non est consiliis uti, sed iis obedire, & se dare in servitutem ei, qui illa dedit.

Fatum ordinarium minorum ingeniorum, dum à fortuna ad aliquem gradum

gradum authoritatis elevati sunt, est perire per consilia. Multitudo confidentium operatur apud tales potentes cœcos id quod multitudo medicorum apud aliquem divitem infirmum.

Quamvis tui intimi tibi appareant esse fideles dum eorum opiniones audire diligenter attende, ut eorum cor, dum tibi loquuntur, dignoscere, & eorum intentiones penetrare possis. Quia qui venditores mali consilii sunt circa illi qui media habet illos emendi? & qui executi negotia per similia consilia in ruinam dederunt executorem, & divitem fecerunt consiliarium.

Consuetudo & regula alicujus prudentis hominis, dum talia ipsi afferunt consilia, est illa audire, civiliter tanquam amicos recipere, examinare eadem sicut Judices, & exequi sicut Dominos decere.

Dum illa quæ ipsi consulta fuerunt perficit, non alterius sed suam sequitur opinionem.

Bona consilia non pertinent proprie ad eos, qui ea per proprium ingenium inventarunt & proposuerunt, sed ad eos qui

qui illa benè considerârunt & iudicio proprio elegerunt.

Uno verbo, inviolabiliores regulæ alicujus prudentis & experimentati Politici est, interrogare alios in propriis negotiis & determinandis resolutionibus: Nam est certissimum quod in talibus occasionibus perspicacissimus inter homines, si solus est, deveniat cæcus.

Inspiciens nihil videt, credit enim, quod se solum aspiciendo videat omnia. *Via stulti recta in oculis ejus: qui autem sapiens est, audit consilia.*

REGULA DECIMA-TERTIA.

Qui mentis est dura, corruet in malum. Prov. 24.

PARAPHRASIS.

Qui animam habet duram & inflexibilem, & qui cum pertinacia adheret suæ voluntati, vel qui resistit consiliis & voluntati aliorum, nec potest per rationes & remonstraciones persuaderi, nec flecti per lacrymas, nec cogi per minas & timores, cadet in aliquam infelicitatem, & multos secum trahet.

D 7

Extre-



consilia
sapiens
C. 11
7. 11